Menke, C. T. 1843

Molluscorum Novae Hollandiae

K-1-e
Menke

MOLLUSCORUM NOVAE HOLLANDIAE SPECIMEN,

SCRIPSIT

CAROLUS THEODORUS MENKE.

HANNOVERAE;
IN LIBRARIA AULICA HAHNIANA.
MDCCCXLIII.

MOLLUSCORUM NOVAE HOLLANDIAE SPECIMEN,

QUOD

AD CELEBRANDUM

DIEM JUBILAEUM VICESIMUM SEXTUM MENSIS FEBRUARII

ANNI MDCCCXLIII,

QUO

PER VIGINTI QUINQUE ANNOS

PROFESSORIS MUNERI

IN ILLUSTRI GYMNASIO ACADEMICO HAMBURGENSI

PRAEFUIT

VIR DOCTISSIMUS, CLARISSIMUS

JOANNES GEORGIUS CHRISTIANUS LEHMANN,

MED. ET PHILOS. DOCTOR, &c.

SCRIPSIT

CAROLUS THEODORUS MENKE.

HANNOVERAE;

IN LIBRARIA AULICA HAHNIANA.

MDCCCXLIII.

Recte omnino Tuae industriae, vir amicissime, adscribenda est non exigua utilitatis pars, quam ex peregrinatione viri praestantissimi nobisque carissimi Joannis Augusti Ludovici Preiss, philosophiae doctoris, annis MDCCCXXXVIII ad MDCCCXLII in Australia, praecipue in Nova Hollandia occidentali insulisque proxime adiacentibus instituta et nuper absoluta, rerum naturalium scientia cepit. Tu enim olim iuvenem solertissimum rerumque naturalium studio et ardore imbutum non solum ad incipiendum illud iter excitasti, sed consilio Tuo ita provide instruxisti, ut non plantarum tantum, in quarum investigandarum ac perscrutandarum studium imprimis ante incubuerat, sed reliquarum quoque naturalium rerum, animalium scilicet et fossilium, felix indagator factus sit. Hinc Tibi tribuenda pars prosperi illius peregrinationis eventus. Tu enim ipsi non ante tantum, sed etiam in itinere versanti et reduci quoque sincerus semper fuisti et remansisti fautor et amicus.

Tu meis quoque olim, iam anno abhinc fere tricesimo et deinde, quum adhuc botanices studio indulgere otium et fas mihi esset, votis et consultationibus humanissime semper respondisti et in hunc usque diem studiis meis literariis, quamquam diversis, nunquam defuisti. Quo circa nunc ego felicissimam occasionem, qua Tibi hunc diem iubilaeum gratulari atque ut per longam annorum seriem laetus Tibi redeat cum Tuis omnibus prosperrima semper valetudine atque fortuna utenti, Deum optimum maximum precari, et in publicum amicitiae erga Te testimonium molluscorum a celeberrimo Preiss in illo itinere collectorum specimen Tibi consecrare licet, libenter accipio, et eo libentius quidem quod Tua erga me

benevolentia et fiducia factum est, ut conchylia ista ad me potissimum mitterentur, quae diligentius excuterem ac perscrutarer et per suas quaeque species distribuerem, et ut quae forte desiderarem ea inde mihi comparare liceret, quibus museum meum complerem.

Species a celeberrimo Preiss reportatas omnes, exceptis tamen Murice acanthoptero, Voluta volvacea et Terebratulae specie quadam, quas antequam ipsam collectionem inspiciendi copia mihi facta esset anglus celeberrimus Hugh Cuming, in conchyliorum ille studio et investigatione versatissimus, sibi comparavit et deportavit, ipse vidi et examinavi, earumque testarum — solae enim testae prostant — in hisce pagellis cognitionem publici iuris facere animus est. Ad indicandas in iisdem species satis notas h. e. in clarissimi Lamarck opere egregio „Histoire naturelle des animaux sans vertèbres", vel in eiusdem libri editione a clarissimo Deshayes aucta expositas, sufficiat nomini specifico auctorem addidisse; minus notis iconis indicium, novis, quae non paucae sunt, diagnoses concinnas iisdemque mensuram ad normam parisinam subiunxi; plurimis stationes et locos, in quibus a celeberrimo peregrinatore repertae sunt, adieci.

Praeter conchylia in hoc specimine enumerata mollia quoque nonnulla cephalopoda, e cryptodibranchiorum ordine, peregrinator noster laudatissimus ex itinere retulit; haec vero horum animalium peritissimo indagatori clarissimo in academia petropolitana professori J. F. Brandt, transmissa sunt, quare quum ipse non viderim enumerare nequivi.

Spero fore ut hae pagellae quamvis parvae et exiguae, in quibus conscribendis tempus nimis concisum urgebat, tamen non inutiles prorsus habeantur neque ingratae sint horum studiorum fautoribus.

Pyrmonti; scripsi in museo, d. XV. mensis februarii, anni MDCCCXLIII.

Cephalopoda.

1. *Spirula Peronii,* Lam.

Hab. in litore occidentali; frequens.

2. *Nautilus pompilius,* L.

Hab. in litore occidentali, prope portum Lechenault; rarissimus. Exemplaria perampla cel. noster peregrinator reportavit.

Gastropoda.

3. *Siphonaria diemensis,* Quoy et Gaim.

Hab. ad lapides, in litore occidentali.

4. *Siphonaria alternicosta,* Pot. et Mich.

Pot. et Mich. Galer. d. Moll. 1. p. 55. pl. 1. f. 18—20.
Patella dimya, m. olim, in lit.
Hab. in litore occidentali.

5. *Bulla australis,* Quoy et Gaim.

Hab. in litore, inter Freemantle et Woodmanspoint; frequens.
Testa adulta 2 poll. long., 13 lin. lat., striis transversis destituta, imperforata.

6. *Bulla striata,* Br.

Hab. in eodem litore.

Testa huic solidior ac antecedenti, ventricosior ac in exemplaribus ex oceano atlantico adlatis, anterius striis densis obsoletis transversis.

7. *Bulla* (*Scaphander*) *ovoidea*, Quoy et Gaim.

Hab. cum antecedentibus.

Testa albido-lactea, nunc tota pellucida, nunc maculis subrotundis transversim seriatis opacis, a mollis emortui pallio residuis guttata, anterius distinctius transversim striata, iuvenilis et adolescens imperforata, in adultis labri margo posterius reflectitur, quo tunc ad spiram involutam et reconditam perforata apparet.

8. *Succinea amphibia*, Dr.

Hab. sub cortice Eucalyptorum, in districtu Hay.

9. *Succinea oblonga*, Dr.

Hab. in fissuris rupium calcarearum, non procul a mari, iuxta Perth. d. 4. iul. 1840.

10. *Helix* (*Helicella*) *australis*, m.

H. testa orbiculato-convexa, glabra, obsolete striata, albida, maculis radiantibus fasciisque interruptis obsoletis cinereis picta; anfractibus quinque rapido augmento crescentibus; umbilico angusto, aperto; aperturae patulae fauce ferruginea. Lat. 4 lin., alt. 2, 3 lin.

Hab. ad saxa calcarea in monte Elizae, iuxta fluvium cygnorum, anno 1840 lecta.

Affinis proxime Helici irroratae, Zgl., promontorii bonae spei incolae, minore tamen et convexiore.

11. *Bulimus indutus*, m.

B. testa ovato-oblonga, perforata, solidiuscula, sub epidermide fulva albida, longitudinaliter striata, anfractibus sex: ultimo convexo spira obtusa longiore, superioribus convexiusculis; labro acuto, marginibus callo obsoleto iunctis; columella recta; aperturae elliptico-ovatae fauce albida. Long. 16, 5 ad 18, lat. 8 lin.

Hab. ad iugum montium Darlingsrange et ad montem Elizae, iuxta fluvium cygnorum.

Minorem testam molli suo vivo aterrimo fetam, maiorem emortuam epiphragmate calcareo subpellucido immerso clausam, m. iul. 1841 legit.

12. *Bulimus granulosus*, Brod.

Bulimus chilensis, Less.

Singulum huius speciei specimen striis transversis longitudinales strias decussantibus granulosum, unicolor, exterius et intus rufo-fuscum, subpellucidum, labro tamen mutilo, 1 poll. longum 6, 5 lin. latum cum antecedentis speciei vivis speciminibus legit noster.

13. *Bulimus melo*, Quoy et Gaim.

Lecta est quadruplex varietas:

a. testa ovato-elliptica, rufa, in anfractu infimo vitta una vel altera albida vel fusca, basi fascia nigra, huic fascia albida superius adnata picta, spira mediocri. Long. 9, lat. 5 lin. — Bulimus physodes, m. olim, in lit.

b. testa ovato-oblonga, albida, flammulis densis inaequalibus fusco-nigris virgata, spira mediocri. Long. 10, lat. 5 lin.

c. testa ovata, albida, flammulis cinereo-fuscis, spira brevi. Long. 7, lat. 4, 5 lin.

d. testa globoso-ovata, olivacea, radiis inaequalibus flavis, spira brevi. Long. 7, 5, lat. 5, 5 lin.

Hab. ad Melaleucae speciem quamdam, in districtu Hay; gregarius, m. octobri 1840 lectus.

14. *Bulimus bulla*, m.

B. testa elliptico-ovata, perforata, solidiuscula, longitudinaliter striata, sub epidermide tenui virescente-flava albida, vittis vel fasciis fuscis picta, anfractibus sex convexis superius ad suturam submarginatis et fimbriatis; spira mediocri, obtusa; aperturae elliptico-ovatae fauce alba; columella recta; labro acuto.

Extat duplex varietas:

a. testa basi et infra suturam fascia vittisque sparsis subfasciculatis continuis fuscis. Long. 10, lat. 6 lin.

b. testa fascia infra suturam singula et in medio ultimi anfractus duabus obsoletis interruptis fuscis. Long. 7, lat. 5 lin.

Hab. ad iugum montium Darlingsrange; anno 1839 lecta.

15. *Auricula* (*Cassidula*) *rugata*, m.

A. testa ovato-elliptica, solida, transversim striata, anfractibus septem: ultimo supra longitudinaliter plicato-rugoso, caesio, infra spiraque brevi prunina;

labri margine externo incrassato, supra albo limbato, infra dentibusque tribus columellaribus aurantio. Long. 15, lat. 8 lin.

Hab. in litore septentrionali-occidentali, ad fluvium Victoriae; rarissima.

16. *Auricula (Cassidula) angulifera,* Petit.

Reeve Conchol. syst. Vol. 2. pl. 187. fig. 5.

Hab. in litore septentrionali-occidentali; rara.

17. *Physa elongata,* Say.

Say in Journ. of the Acad. of nat. Sc. of Philad. Vol. 2. p. 171.

Hab. in locis depressis inundatis, arenosis, ad oram occidentalem; d. 18. iun. 1839 lecta.

18. *Cyclostoma bilabre,* m.

C. testa ovato-conica, apice decollata, imperforata, solidiuscula; anfractibus quinque convexis, porcis longitudinalibus transversisque densis eleganter texatis; peristomate duplici: externo reflexo. Long. 4, 5, lat. 2, 5 lin.

Hab. in ora orientali. Communicavit cl. Lehmann.

19. *Paludina granum,* m.

P. testa globoso-conoidea, perforata, laevi, albida; anfractibus quinque convexis, rotundatis: ultimo ventricoso, concolore vel fasciis duabus rufis cincto; spira brevi, sutura profunda; aperturae subrotundae fauce fulva. Long. 1, 3, lat. 1 lin.

Hab. in sabula quorzosa alba ad ripam fluvii cygnorum; frequens d. 3. aug. 1840 lecta.

Unius speciminis testae serpulae speciem minutam gracilem albam adhaerentem inveni, quare in aqua salsa vivere hanc Paludinae speciem opinor.

20. *Paludina acuta,* Fér.

Cyclostoma acutum, Dr.

Hab. cum antecedente, minus frequens; in ora orientali lectum specimen communicavit cl. Lehmann.

21. *Melania lirata*, m.

M. testa oblongo-turrita, flavo-virente, flammulis longitudinalibus interruptis fuscis picta; anfractibus septem (aut pluribus): ultimo liris exiguis plurimis cincto, spirae exsertae oblique plicatis: plicis medio tuberculiferis; apertura ovato-elliptica. Long. 8, 5, lat. ventr. 3, 5 lin.

Hab. in aqua salsa fluvii Avon-River, in districtu York, d. 26. febr. 1839 lecta.

22. *Truncatella striatula*, m.

Tr. testa turrita, decollata, rimato-perforata, tenuissime transversim striata, pallide carnea; anfractibus quinque ad sex convexis, sutura profunda distinctis; labro subreflexo; apertura elliptica. Long. 3 ad 5, lat. 1 ad 1, 8 lin.

Hab. ad litus occidentale sabulosum; statu recenti et subfossili lecta.

In emortuis tritisque speciminibus color et striae evanescunt et testa decolor et glabra apparet.

23. *Litorina rugosa*, m.

L. testa globoso-conoidea, solida, sordide albida, transversim sulcato-striata; anfractibus quinque ad sex: ultimo ventricoso, rotundato infra, spirae brevis acutae totis plicato-rugosis; aperturae ovatae fauce rufa. Long. 9, lat. 6, 5, alt. 5, 5 lin.

Hab. ad scopulos calcareos collis Arthurshead, od ostium fluvii cygnorum. Similis Litorinae irroratae, m. Synops. ed. 2. p. 45, sed distincta.

24. *Litorina acuta*, m.

L. testa ovato-conoidea, solida, albida, nitida, transversim tenuiter striata; anfractibus septem: ultimo infra medium subangulato, supra angulum, spirae mediocris acutae inferius zona coerulescente cinctis; aperturae ovatae fauce brunnea, anterius in labro fascia alba. Long. 8, 5, lat. 5, 5, alt. 5 lin.

Hab. ad litus calcareum occidentale.

Similis proxime habitu et statura Litorinae obesae, Sow. Gen. of Shells, Litorin. f. 6.

25. *Turritella terebra*, Lam.

Hab. ad litus occidentale.

Testa adlata sordide albida, subpellucida, anfractibus octodecim convexis, turgidis, liris in anfractu penultimo duodecim distinctioribus et interiectis minoribus obsoletioribus plurimis cinctis. Long. 4 poll. lat. anfr. ult. 10 lin.

26. *Vermetus dentifer,* Quoy et Gaim.

Serpula dentifera, Lam.

Hab. in litore occidentali.

27. *Vermetus arenarius,* Quoy et Gaim.

Serpula arenaria, L., Lam.

Hab. in eodem litore.

28. *Siliquaria australis,* Quoy et Gaim.

Hab. in litore occidentali.

29. *Natica glaucina,* Lam., excl. syn. Linn.

Hab. ad litus occidentale.

30. *Natica sagittata,* m.

N. testa subglobosa, laevi, nitida, caesia, lineis longitudinalibus densi flexuosis, ad basin et infra suturam macularum subrotundarum serie, in medio ultimi anfractus macularum sagittatarum acuminibus suis dextrorsum spectantium rufarum seriebus tribus picta; spira brevi; umbilico callo culumellari albo simplici angustato, canaliculato. Long. 4, 8, lat. 4, alt. 3, 5 lin.

Hab. ad litus occidentale.

Similis habitu et statura Naticae marochiensi, Lam., a qua tamen pictura et umbilici forma differt.

31. *Natica sertata,* m.

N. testa ovato-semiglobosa, transversa, solida, laevi, albida; anfractibus quinque infra suturam longitudinaliter sulcato-crenatis: ultimo macularum ramosarum fuscarum duplici serie ornato; spira brevi; umbilico ut in praecedente. Long. 7, lat. 5, 3, alt. 4, 3. lin.

Hab. in litore occidentali.

Similis quodammodo Naticae costatae, m. Synops. ed. 2. p. 47, sed diversa.

32. *Natica conica,* Lam.

Delessert Recueil de Coq. pl. 32. fig. 9.
Hab. in eodem litore.
Operculum ei est corneae substantiae, spadiceum.

33. *Nerita Listeri,* Pfr.

Lister Hist. Conch. tab. 604. fig. 26. 27.
Hab. in ora orientali. Communicavit cl. Lehmann.

34. *Nerita costata,* Chemn.

Hab. ad litus septentrionali-occidentale.

35. *Nerita atrata,* Chemn.

Hab. ad litus occidentale.

36. *Nerita lineata,* Chemn.

Hab. ad litus septentrionali-occidentale.

Testa ovato-semiglobosa, porcis transversis densis tenuibus, in anfractu ultimo alternis minoribus cincta, atropurpurea; labri margo interior duplex, cuius posterior integerrimus, anterior dentato-crenatus; labium flavidum, margine medio dentibus tribus acutis inaequalibus armatum. Long. 14, lat. 11, alt. 9 lin. — Iunior testa, huic quodammodo absimilis, lutescente-albida, porcis atroporpureis, fasciculatim collectis obsolete trizona apparet; eius labri tenuis acuti margo internus integerrimus, labii dentes obsoleti.

37. *Nerita albicilla,* L.

Hab. in litore occidentali.

38. *Nerita signata,* Macl.

Delessert Recueil de Coq. pl. 32. fig. 7.
Hab. in eodem litore.

39. *Ianthina communis,* Lam.

Hab. in litore occidentali, inter Freemantle et Woodmanspoint.

40. *Phasianella bulimoides,* Lam.

Hab. in litore occidentali; frequens.

Operculum ei ovato-lanceolatum, obliquum, calcareum, exterius convexiusculum, murrhinum, laevissimum, infra depressum, spiratum, striis tenuissimis impressis decussatum, ochraceum.

41. *Phasianella Lehmanni,* m.

Ph. testa ovato-conica, solidiuscula, laevigata, flammis lineolisque interruptis fusco-carneis vel roseis undulatis longitudinalibus lineisque albis continuis confertis transversis decussata; spirae productae acutae anfractibus convexiusculis. Long. 2. poll. 3 lin., lat. 1 poll.

Hab. in litore orientali; rara.

42. *Phasianella Preissii,* m.

Ph. testa ovato-conica, solidiuscula, laevigata, ex aurantio et fulvo tincta, lineis ex nigro articulatis sparsis cincta; spirae productae acutae anfractibus conveniusculis. Long. 2 poll., lat. 11 lin.

Hab. cum antecedente; rara.

43. *Phasianella perdix,* Gray.

Ph. testa ovata, solidiuscula, laevigata, flammis alternis fuscis et albidis roseisve albo marginatis obliquis per totam longitudinem radiata lineisque aut nullis aut continuis vel articulatis fuscis vel sanguineis decussata; spirae mediocris conoideae anfractibus convexis. Long. 15, lat. 9 lin.

Hab. cum antecedentibus; rara.

44. *Phasianella rubens,* Lam.

Hab. in iisdem locis.

45. *Phasianella brevis,* m.

Ph. testa subgloboso-ovata, solidiuscula, laevigata, rufa, flammis angulatis laceris pallidis longitudinalibus lineisque transversis articulatis decussata; anfractu ultimo turgido; spirae brevis conoideae anfractibus convexis. Long. 9, lat. 6 lin.

Hab. cum praecedentibus.

Haec forte non nisi varietas abbreviata aut deformitas proxime praecedentis speciei.

46. *Turbo pulcher,* Reeve.

Reeve Conchol. syst. Vol. 2. pl. 219. fig. 3.

Turbo intercostalis, m. olim, in lit.

Hab. ad litus occidentale.

47. *Turbo torquatus,* Gm.

Hab. in litore meridionali-occidentali.

Operculum calcareum solidum muricatum, canali spirali exaratum.

48. *Turbo Lehmanni,* m.

T. testa orbiculato-convexa, oblique conoidea, umbilicata, tenui, apice margaritacea, basi maculis coccineis tessellata striata, superius lirata; anfractibus quinque: ultimo bicarinato, spirae unicarinatis, superius maculis radiantibus nigris, aurantiis et albis alternantibus, infra carinam superiorem lineolis transversis interruptis, ad carinam inferam fascia maculari ex iisdem coloribus articulata cinctis. Long. 3, 5, lat. 3, alt. 2, 5 lin.

Hab. in litore prope portum Lechenault.

Operculum huic immersum tenue corneum. — Species pulchella, multicolor, Margaritae, Leach, generi accensenda.

49. *Monodonta constricta,* Lam.

M. testa orbiculato-conoidea, imperforata, solida, cinerea, liris transversis sex ad novem nigro-articulatis cincta; labro acuto repando, intus interrupte nigro limbato, interius incrassato et lirato; columella basi protuberante. Long. 10, lat. 8, alt. 6 lin.

Delessert Recueil de Coq. pl. 36. fig. 11.

Monodonta interrupta, m. olim, in lit.

Hab. in litore occidentali.

Affinis Turbini atrato, Gmel. nr. 53, sed hic perforatus est.

50. *Monodonta melanoloma,* m.

M. testa orbiculato-convexa, oblique conoidea, imperforata, solida, rudi, cinerea, basi et marginis labri acuti limbo interno atris; columellae callo subcanaliculato; labro interius incrassato et porcato. Long. 10, lat. 9, alt. 6, 5 lin. Trochus melanoloma, m. olim, in lit.

Hab. in litore occidentali.

51. *Monodonta baccata,* m.

M. testa orbiculato-conoidea, imperforata; anfractibus turgidis, granulorum dense iunctorum ordinibus (in ultimo quindecim) cinctis, interstitiis longitudinaliter trabeculatis; sutura canaliculata; columella basi dente exiguo, fauce margaritacea; labro intus sulcato. Long. 5, lat. 4, alt. 3, 5 lin.

Hab. in litore occidentali.

52. *Monodonta crenulata,* m.

M. testa orbiculato-conoidea, cana, maculis fuscis irrorata; anfractibus convexis, porcis subgeminatis confertis obsolete crenulatis cinctis; umbilico aperto, inermi, spirali; columella arcuata, basi libera in denticulum producta; labro intus sulcato. Long. 8, lat. 7, 5, alt. 5, 5 lin.

Hab. cum praecedente.

53. *Monodonta ringens,* m.

M. testa oblique pyramidali, umbilicata, pallida, maculis rubris latescentibus radiata, basi et ad suturam marginata, granulorum ordinibus cincta; columella recta, torta, dentibus inaequalibus retrorsis umbilicum angustante; labro interne lirato: liris prope marginem superum incrassatis. Long. 4, lat. 3, 5, alt. 3, 5 lin.

Hab. in litore occidentali.

54. *Monodonta Pharaonis,* Lam.

Hab. in eodem litore.

55. *Monodonta maxillata,* m.

M. testa orbiculato-convexa, umbilicata, pallida, punctis rubro-fuscis

articulata, vel nigra, lirata: liris spirae nudis, anfractus ultimi granulis exilibus aequalibus obliquis distinctis; umbilico exterius crenis, intus columellae rectae tortae dentibus inaequalibus angustato; labri margine interno tuberculis oblongis dentato. Long. 4, 5, lat. 3, 8, alt. 2, 8 lin.

Hab. cum praecedentibus.

56. *Monodonta lupina,* m.

M. testa orbiculato-convexa, umbilicata, fusco-rufa, lirata: liris baseos nudis, anfractuum aequaliter granulosis; sutura subcanaliculata; umbilico aperto exterius subcrenato; columella recta, basi in dentem producta; labro intus dentibus linearibus munito. Long. 3, 5, lat. 3, alt. 2 lin.

Hab. in litore occidentali.

57. *Monodonta turrita,* m.

M. testa oblique conica, imperforata, solida, pallide carnea; anfractibus convexiusculis, liris subgranulosis nigro-articulatis cinctis; columellae obsolete tuberculato-crenatae basi truncata sinu a labro intus lirato disiuncta; apertura patula, subquadrangulari. Long. 9, lat. 5 lin.

Hab. in litore occidentali.

58. *Monodonta apicina,* m.

M. testa ovato-fusiformi, subturrita, ventriculosa, imperforata, laevigata, nitida, fulva, lineis flexuosis obliquis anterius confertissimis picta, sub epidermide aureo-margaritacea; anfractibus inferius convexiusculis, superius subconstrictis: ultimo in medio subdepresso; columella basi libera in plicam compressam desinente; apertura patula, labro debiscente intus laevi. Long. 11, lat. 4, 5 lin.

Hab. in litore occidentali.

Affinis Monodontae lineatae, Lam., et forte non satis ab hac specie diversa; tamen figurae illius a clar. Delessert Recueil de Coq. pl. 37. fig. 4 exhibitae nostrae minime respondent.

59. *Monodonta virgata,* m.

M. testa ovato-elliptica, subturrita, subcurva, imperforata, laevigata, nitida, pallida vel flavo-virente, lineis longitudinalibus raris vel virgatis obliquis rubris

varie picta; anfractibus medio convexiusculis: ultimo in medio rotundato; columellae basi libera truncata in plicam dentiformem desinente; apertura patula; labro intus laevi. Long. 5—7, lat. 3—3, 8 lin.

Hab. cum praecedente.

60. *Delphinula laciniata,* Lam.

Hab. ad litus occidentale.

61. *Delphinula tyria,* Reeve.

Reeve Conchol. syst. vol. 2. pl. 211. fig. 1 et 6.

Lecta est utraque varietas:

a. anfractibus omnibus contiguis. (Reeve fig. 1.)

b. anfractu ultimo distante. (Reeve fig. 6.)

Hab. in litore septentrionali-occidentali.

62. *Trochus fimbriatus,* Lam.

Delessert Recueil de Coq. pl. 34. fig. 6.

Hab. ad litus occidentale.

63. *Trochus maculatus,* L.

Hab. in litore septentrionali-occidentali.

64. *Trochus prasinus,* m.

Tr. testa pyramidali, imperforata, ex olivaceo et prasino tincta, basi plana concentrice sulcata; anfractibus planiusculis: inferioribus granulis oblongis longitudinaliter dispositis alutaceis, superioribus ad suturam inferam nodiferis; labro iuxta columellae basin retortam inciso. Diam. bas. et alt. 1 poll. 8 lin.

Hab. in litore occidentali.

Locus huic in systemae inter Trochum coerulescentem, Lam. et Trochum obliquum, Gmel. tribuendus.

65. *Trochus gemmosus,* Reeve.

Reeve Conchol. syst. vol. 2. pl. 218. fig. 9.

Hab. in eodem litore.

66. *Trochus ciliaris,* m.

Tr. testa pyramidali, imperforata, fulva, maculis rufis suturas sequentibus variegata, transversim striata, striis tenuissimis decussata, basi plana; anfractibus planulatis, inferius marginatis, superius ciliato-fimbriatis; apertura ovato-lanceolata; labro intus callo marginato. Diam. bas. 15, alt. 12 lin.

Hab. in litore septentrionali-occidentali.

67. *Trochus viridulus,* m.

Tr. testa oblique pyramidali, imperforata, flavo-virente; basi convexiuscula; anfractibus transversim sulcato-striatis, utrinque marginatis; sutura profunda; apertura subquadrangulari; labro intus laevi. Diam. bas. 3, alt. 3, 5 lin.

Hab. in litore occidentali.

68. *Trochus chlorostomus,* m.

Tr. testa oblique pyramidali, imperforata, carnea, flammis angulosis fuscis posterius albo marginatis radiata; anfractibus planatis, transversim striatis, inferius marginatis; columella arcuata, obsolete crenata, basi sua sinu a labro sulcato disiuncta; apertura patente subtetragona.

Lecta est var. maior. diam. bas. 8, alt. 7, 5 lin.

\- minor. diam. bas. et alt. 5, 5 lin.

Hab. in litore occidentali.

Species elegans, testa decorticata margarita viridula splendidissima nitens, anfractus ante nonnisi leviter striatos tunc exacte sulcatos exhibet. — Ab affini Trocho zizyphino, Linn., quem maris mediterranei incolam dicunt, notis indicatis distinctissimus.

69. *Trochus Preisii,* m.

Tr. testa ovato-conoidea, subrimata, nitida, vel viridi fusco virgata vel punctata, vel carnea flammis fuscis radiata; anfractibus plano-convexis, costis latiusculis approximatis (in ultimo anfractu 8 ad 11) baseos convexae ex nigro articulatis cinctis; apertura patente subrotunda; labro coccineo marginato interius sulcato. Long. 7, lat. 4 lin.

Hab. in litore occidentali.

Operculum huic corneum, tenue.

70. *Trochus Lehmanni,* m.

Tr. testa ovato-conoidea, imperforata, cana, radiis vel flammis olivaceis radiata; anfractibus medio angulatis, porcis tenuibus confertissimis (in ultimo anfractu 18), baseos convexae ex nigro alboque articulatis cinctis; apertura patente subrotunda; labro coccineo marginato intus obsolete lirato. Long. 6, 4, lat. 3, 8 lin.

Hab. in eodem litore occidentali.

71. *Trochus impervius,* m.

Tr. testa orbiculato-convexa, oblique subconoidea, imperforata, tenui, cinerea vel rubida, lineis ex albo articulatis confertis fasciaque maculari infra suturam cincta; columella plano-depressa, basi subcanaliculata; labro acuto interius sulcato. Diam. bas. 8, 3, alt. 6 lin.

Hab. in litore occidentali. Eandem hanc speciem ad promontorium bonae spei lectam communicavit cl. Prof. Ed. Poeppig.

72. *Trochus melanostoma,* Gmel. nr. 90.

Hab. in litore occidentali.

73. *Trochus vitiligineus,* m.

Tr. testa orbiculato-convexa, oblique depresso-conoidea, tenui, subpellucida, albido cinereoque nebulosa, lineis ex fusco alboque articulatis confertis fasciaque maculari fusca infra suturam et ad peripheriam cincta, tenuissime striata; anfractibus convexis medio angulatis, superius planis; ultimo basi convexo; umbilico aperto spirali; labro acuto. Diam. bas. 5, alt. 3, 3 lin.

Hab. in litore occidentali.

74. *Scalaria costulata,* Kien.

Kiener Iconogr. d. Coq. viv. genr. Scalaire. p. 5. pl. 2. fig. 4.

Hab. in litore occidentali; rara.

Specimen adlatum recens lectum anfractus habet fumatos, costellas lamellares confertas candidas.

75. *Scalaria australis,* Lam.

Hab. cum praecedente.

76. *Cerithium telescopium,* Br.

Telescopium indicator, Mntf.
Hab. in litore septentrionali-occidentali.

77. *Cerithium laeve,* Quoy et Gaim.

Kiener Iconogr. d. Coq. viv. genr. Cérite. p. 14. pl. 17. f. 1.
Hab. ad litus occidentale insulae Gardenisland.

78. *Cerithium sulcatum,* Br.

Hab. in litore occidentali.
Specimen adlatum 2 poll. 8 lin. long., 1 poll. 2 lin. lat.

79. *Cerithium obeliscus,* Br.

Hab. in litore septentrionali-occidentali.

80. *Cerithium aluco,* Br.

Hab. in litore septentrionali-occidentali.

81. *Cerithium tuberculatum,* Lam.

Hab. in litore occidentali.

Specimen lectum iuvenile praeter tuberculorum series porcos asperos et in dorso ultimi anfractus varicem fert insignem; forte species distincta, quae in Kieneri opere iconographico non occurrit.

82. *Cerithium columna,* Sow., non Kien.

Sowerby Genera of Shells. Cerith. fasc. 42.
Reeve Conch. syst. vol. 2. pl. 227. fig. 7.
Hab. in litore occidentali.

83. *Cerithium turritella,* Quoy et Gaim.

Kiener Iconogr. d. Coq. viv. genr. Cérit. p. 64. pl. 22. fig. 1.
Hab. in litore occidentali.

84. *Cerithium granarium*, Kien.

Kiener Iconogr. d. Coq. viv. l. c. p. 72. pl. 19. fig. 3.
Hab. cum praecedente.

85. *Buccinum papyraceum*, Br.

Hab. in litore occidentali.

Specimen adultum lectum testam solidam epidermide membranacea fusco-rufa vestitam spiramque mediocrem obtusam habet. — Figura Listeri, Hist. conch. tab. 963. fig. 16, a cl. Kiener huic speciei adscripta minime hanc sed Buccinum articulare, m. (Triton articulare, m. in Catal. Malsburg.) repraesentat. — Quod ante in literis novam speciem habui, Buccinum multistriatum, ad anfractuum marginem superiorem minus depressum, nunc iuvenilis Buccini papyracei proles esse videtur.

86. *Buccinum undosum*, L., Kien.

Varietas adlata mihi est Buccinum undosum, *c*, multiplicatum, cuius synonyma sunt: Buccinum undosum, *a*, Kien., Tritonium undosum, *a*, *m*. Synops., Triton undosum, Lam., Bucc. strigosum, Gmel. nr. 103, Bucc. indicum, Gmel. nr. 114, Bucc. flammeum, Chemn., Bucc. fumosum, Soland.
Hab. in litore occidentali.

87. *Buccinum acuminatum*, m.

B. testa oblongo-fusiformi, subulata, laevigata, basi striata, rufa, fascia infra suturam maculari ex albo nigroque articulata; apertura oblonga; labro intus denticulato. Long. 8, lat. 2, 5 lin.
Hab. in litore occidentali.

88. *Buccinum achatinum*, Lam.

Hab. in litore septentrionali-occidentali.

89. *Buccinum olivaceum*, Br.

Hab. in litore occidentali.

90. *Buccinum costatum*, Quoy et Gaim.

Kiener Iconogr. d. Coq. viv. genr. Buccin. p. 30. pl. 11. fig. 36, 37.
Hab. in litore occidentali.

91. *Buccinum fasciculare*, m.

B. testa fusiformi-ovata, ventricosa, nitida, subpellucida, tota tenuissime, basi striis duabus tribusve distinctioribus transversis striata, alba, lineis exilibus distantibus transversis aliisque fasciculatis longitudinalibus fusco-rufis picta; labri intus laevis margine anterius denticulato. Long. 9, lat. 5, 5 lin.

Hab. in litore occidentali.

92. *Buccinum ventricosum*, Lam.

Buccinum rufulum, Kien. Iconogr.

Hab. in litore occidentali.

Nostra genuina specie paulo angustior et laevior, ceterum simillima.

93. *Buccinum fasciatum*, Lam.

Hab. in litore occidentali.

Nostro testa ovato-oblonga, nitida, albida, fasciis zonisve luteo-rutilis, porcis longitudinalibus granulosis transversas decussantibus texata, apertura ovata, labri margo internus dentatus. Long. 8, lat. 4 lin. Buccinum pyrrhum, m. olim, in lit.

94. *Buccinum pauperatum*, Lam.

Hab. ad litus occidentali.

Reportata specimina, Lamarckianae diagnosi alioquin consentanea, plicas longitudinales striis profundioribus incisas habent hincque granulosa apparent, ut ea in figura Kieneriana (Iconogr. pl. 29. fig. 118.), qua tamen minora sunt, repraesentantur. Long. 8, lat. 5 lin. Buccinum australe, m. olim, in lit.

95. *Purpura persica*, Lam.

Hab. in litore occidentali.

96. *Purpura cataractae*, Lam.

Hab. in eodem litore.

Nonnisi adolescens specimen vidi.

97. *Purpura scobina,* Quoy et Gaim.

Lecta est varietas in cl. Kiener Iconogr. d. Coq. viv. genr. Pourpre pl. 35. fig. 83, a, repraesentata, statu adolescente.

Hab. in litore occidentali.

98. *Purpura textilosa,* Lam.

Lecta est:

a. testa inermi.

b. testa duplici nodorum serie cincta.

c. testa triplici nodorum serie cincta.

Hab. in litore occidentali.

99. *Purpura squamosa,* Lam.

Hab. in litore occidentali.

100. *Purpura trochlea,* Lam.

Lecta est varietas cingulis quatuor circumligata.

Hab. in litore occidentali.

101. *Cancellaria spirata,* Lam.

Sowerby Conch. Illustr. gen. Cancellar. fig. 25.

Kiener Iconogr. d. Coq. viv. genr. Cancell. p. 38. pl. 4. fig. 3.

Hab. in litore occidentali.

102. *Dolium variegatum,* Lam.

Kiener Iconogr. d. Coq. viv. genr. Tonne. pl. 2. fig. 3 et 3, a.

Hab. in litore occidentali; rarum.

Exemplaria perampla reportavit noster.

103. *Dolium pomum,* Lam.

Hab. in litore occidentali; rarum.

104. *Harpa ventricosa,* Lam.

Hab. in litore septentrionali-occidentali.

105. *Harpa minor,* Lam.

Lecta est varietas labri costis confertis.

Hab. cum praecedente.

106. *Cassis pyrum,* Lam.

Adlata est varietas maculis angularibus seriatis picta.

Kiener Iconogr. d. Coq. viv. genr. Casq. pl. 15. fig. 30.

107. *Cassis paucirugis,* m.

C. testa ovata vel ovato-elliptica, laevigata s. polita, alba; anfractu ultimo superius, spirae breve conicae nudae anfractibus medio subangulatis, ad angulum nodosis; labri reflexi margine externo subfasciato, interno dentato-lirato; columellae basi vix rugosa.

Lecta duplex varietas:

a. testa elliptico-ovata, long. 2 poll. 4 lin., lat. 1 poll. 5 lin.

b. testa ovata, long. 1 poll. 8 lin., lat. 1 poll. 2 lin.

Hab. in litore occidentali.

Differt a praecedente specie proxime affini praecipue forma minus ventricosa labrique margine interno dentato.

108. *Columbella bidentata,* m.

C. testa ovato-fusiformi s. biconica, laevi, nitida, alba, lineis flexuosis densis longitudinalibus fuscis reticulata; anfractibus superius obsolete tuberculatis: ultimo inferius striato; labri margine interno dentato; labio denticulato; columella medio macula lilacina tincta, interius biplicata. Long. 7, lat. 4 lin.

Hab. in litore occidentali.

Valde affinis Columbellae coronatae, Ducl. Kiener Iconogr. d. Coq. viv. genr. Colomb. pl. 10. fig. 3, nec nisi statura graciliore, anfractibus vix tuberculatis et pictura peculiari ab eadem discrepat.

109. *Murex crassispina.* Lam.

Hab. in litore septentrionali-occidentali.

110. *Murex adustus*, Lam.

